



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De homine querulo, & obiurgandi cupido. cap. cix.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](#)

A Est qui locupletatus parçè agendo : & nescit quòd tempus prætereat, & mors appropinquet, & relinquit omnia aliis, & morietur. Qui aceruat ex animo suo in iustè aliis congregat : & in bonis illius alius luxuriabitur. Qui sibi nequam est, cui alij bonus erit? Fili, si habes, benefac tibi. Improbō viro propterea panem murmurabit ciuitas.

De homine querulo, & obiurgandi cupido.

C A P. C I X.

G V i iniustè accusat, non effugiet. Nec cum homine occasionem inimi- citia frustrè suscipias: ne te malo aliquo afficiat.

B *De inuidia & emulatione.*

C A P. C X.

G R E S S A E sunt mulieres de vniuersis vrbibus Israël, cantantes, chorosque ducentes in occursum Saul regis in tympanis lætitiae, & sistris. Et præcinebant mulieres ludentes, & dicentes, Percussit Saul mille, & Daud decem millia. Iratus est autem Saul nimis, & displicuit in oculis eius sermo iste: dixitque, Dederunt Daud decem millia, & mihi mille dederunt: quid ei supereft, nisi solum regnum? Non rectis ergo oculis Saul aspiciebat Daud à die illa, & deinceps.

C Ne comedas cum homine inuidio, & ne desideres cibos eius: quoniam quemadmodum si quis deglutiatur crinem, ita comedit & bibit. Fessinat ditescere vir inuidus: & nescit quòd misericors ipsum superabit.

Dura sicut infernus æmulatio.

Cum inuidia tabescente iter non habeo: quoniam talis homo non erit parti- ceps sapientiae. Inuidentia improbitatis obscurat bona.

Hominis inuidio ad quid aurum? Zelus & iracundia minuunt dies. Ab in- tuidis absconde consilium tuum. Qui sibi inuidet, nihil illo est nequius, & hæc redditio est malitia illius: & si bene fecerit, ignoranter, & non volens facit, & in nouissimo manifestat malitiam suam. Omnis peccator, inuidus, & bilinguis, improprium & contumeliam hæreditabit. Dolor cordis & luctus, mulier ze- lotypa. In muliere zelotypa flagellum lingua omnibus communicans. Ne consilium ineas cum homine obliquis oculis te aspiciente.

Amice, non facio tibi inuiariam. Nonne ex denario conuenisti mecum?

Vbi zelus & contentio, illuc inconstantia, & omne opus malum.

Mat. 20.

Iac. 3.

E Fratres, inuidia affectum caueamus: ne operum aduersarij socij efficiamur, atq; eodem iudicio condemnati inueniamur. Nam si, qui superbia effertur, in diaboli iudicium incidit, quoniam tandem pacto inuidus supplicium diabolo paratum effugiet? Inuidia etenim nullus exitiosior affectus in hominum animis innasci potest. Ut enim ferrum rubigo, ita inuidia animam, quam obfederit, consumit. Imò, ut rectius loquar, quemadmodum viperam ex eo materno ventre in lucem edi: eodem modo inuidia quoque hanc naturam habet, ut parturientem se animam laceret atque conficiat. Liuor enim nihil est aliud, quam dolor ex alterius rebus secundis susceptus. Quo fit, ut mœrores animique acerbitates inuidum nunquam deserat. Vberes fructus ager vicini produxit? domus ipsius omnibus vita & commodis circumfluit? in perpetua animi voluptate versatur? Hæc omnia homini inuidia laboranti morbi alimonia, & doloris accessio sunt. Animis magnitudine prestat quispiam, optimaque est. Valeatudine virtutis? Hæc inuidum lancinant. Alter formæ venustate antecellit. Alia hac inuidori plaga est. Quidam animæ dotibus multos antecedit, prudentieque atque eloquentie nomine omnium oculos ad se coaserit, beatusque prædicatur? alius rursum opibus abundant, atque in impertienda egentibus re sua familiari præclarum munificentia specimen edit, ingentibusque ab iis, quos beneficiis inuat, laudibus celebratur? Hæc omnia plague ac vul-

D d ij